

RECTOR ACADEMIÆ LIPSIENSIS.



CHRIſTI aſcenſio *noſtra* eſt provecio, inquit Leo Mag. ſerm. 1. c. 4. Sicuti enim Unigenitus DEI Filius JESUS CHRISTUS in ſtabulo *hominum* cauſa homo naſci, poſtmodum in *hominum* medelam amaram mortis ac paſſionis cicutam haurire, nec non, quod *homines* reſurgere faceret, prius ipſe reſurgere voluit: Ita quoq; *eis* τὸ ἐπαιτεῖν τῶ κατὰ πειράματα, καὶ δόξα, καὶ ἀνδραγαθῶν εἰς τὴν ἡγίαν, ad ea quæ ſunt intra velum præcurſor JESUS pro hominibus ingreſſus eſt, dictante Epistoſta ad Hebræos c. 5. ut *hominibus* quoque non ſolum monſtraret viam eò, *ἢ τὴν οἰκίαν*, videlicet, *αἰώνιον ἐν τοῖς ἕξαις* perveniendi certiffimam, ſed &, ut pararet illis manſionem & locum, quo, ubi ipſe, ibi *homines* quoq; eſſent ac manerent. Gloriam ſiquidem, quam Unigenitus DEI Filius à Patre cœleſti accepit, dedit *hominibus*, *ἵνα ὄσιν ἐν*, ut ſint *unum*, quemadmodum Pater & Filius *unum* ſunt. Si verò cum Chriſto aſcendere, & in Patre ac Filio *unum* eſſe volumus, ſpiritualiter prius renaſcamur, & ad exemplum prodromi Chriſti tribulationes varias guſtemus, mortalem denique ſarcinam deponamus, quò eò melius poſtmodum caput erigere, & ut avium regina aquila, in cœlos evolare poſſimus; quamdiu enim gravem hanc molem humeris geſtamus, quamdiu onus hoc nobis impendet, nunquam caput in altum fuſtollere valemus, ſed veluti Job in vitiorum ſterquilinio federe, & veluti Scru- thio plumas quidem accipitris ac herodii habens, à terra tamen ſe levare neſcens, in terra hæere cogimur. Abjiciamus igitur pec- catorum & corporis ſarcinam lubentiſſimè, ut æternam cœli manſionem à Chriſto per aſcenſionem ſuam nobis partam ac præpara- tam introire poſſimus. Cujus incolæ quoad animam jam factus eſt ornatiffimus Adoleſcens, Dn. Matthæus Paulus *Seher* Nori- bergenſis, qui vi meriti & aſcenſionis Chriſti, in Chriſto *unum* nunc eſt, vitam vivens in cœleſti manſione æternam. Hanc verò lucem aſpexit *ἐν ἀγίαις* Noribergæ, anno Chriſti ſupra milleſimum ſexcentefimum decimo, menſis Decembris die decimo quarto. Pater fuit Vir quondam ſpectatiſſimus, Dominus Matthæus *Seher* / Sereniſſimi Electoris Saxonix &c. in præfectura *Annenburg* Quæſtor digniſſimus: Mater verò Magdalena *Dilherrin* / pia honeſtiſſima que matrona, quæ filii hujus fatum præmaturum non absque ſingulari animi ægritudine deſlebit. Quamvis verò hi parentes conjunctim filium hunc ſuum, poſtquam eum beneficio *ἀγίαις βαπτίſματι* Chriſto redemptori ſuo conſecraſſent, *ἐν φιλοφρονείῃ* liberaliter educarint, eamq; ob cauſam, domi fundamentis pietatis jaçtis, è præfectura prædicta Annæburgenſi Hertzbergam ad M. Hieronymum Mylium, Rectorem ibidem, illum ablegarint, ut ſub inſtitutione ejuſdem antehac privatis in ædibus conſecta, ulterius augmenta in pietate, lingvis & artibus ſumeret, nec non Anno Chri- ſti *μοροφώρι* ſupra milleſimum ſexcentefimum, vigefimo quarto, X. Menſis Januarii, ad ulteriorem artium culturam faciendam huc Li- pſiam miſerint; attamen parens ſpectatiſſimus morte quinquennio abhinc abreptus placida, hanc filii curam matri ſuperſtiti unicè commendare neceſſe habuit, quæ etiam impenſè laboravit, ut indies filius proficeret, & tam vitæ moderatè ornatu, quàm artium & lingvarum cultu clareſcere inciperet. Nec defuerunt huc Lipſiæ media: Vir enim integerrimus Dn. Johannes *Weber* Senior, ut, cum filiis per privatos partim præceptores, partim indefſo ſtudio & cura Viri de Eccleſiis & Rebus publicis benè meriti Dn. M. Johannis Friderichi, P.P. p. m. nec non M. Thomæ Lebzelteri, & M. Galli Schacheri, tunc Collegarum Scholæ Nicolaitanæ, ceu filii, inſita, *ἔμμαναίρις*, naturæ viſ, doctrina promoveretur, rectoq; cultu peçtus corroboraretur, allaboravit, nec in propoſito hoc pio deſtitit: Matre ſiquidem ſumtus ſubmiſtrante neceſſarios initio anni præterlapſi ad Academica certamina ut aditum ſibi pararet, & doctrinæ publicæ Profeſſoribus ſedulò diligenterq; operam daret, omni ratione providit. In quo curſu ſtrenuum ſe præſtitit *ἐν ἰστίαις* athle- tam, & in Philoſophicis hætenus tam auſcultando, quàm diſputando eò laboravit, ut tandem laboris dignum poſſet reportare præ- mium, qua in re inſpectione & inſtitutione fideliffimà, Viri humaniſſimi, Dn. Jeremiæ VVeberi, cujus conſilio & auxilio, quicquid eruditionis ſibi acquiſerat, impetravit, uſus fuit. Et quia à bonis nil niſi bona, utique piè denari mens & ingenium non niſi bona & ſingulare Fetzerorum, inprimis conſiliarii iſtius Reipublicæ Noribergenſis olim ſummi, ut & Dn. Jacobi *Seher* / J. U. D. & practici ibidem famoſiſſimi decus ſpirabat. Tantam igitur cum adoleſcens adhuc tueri poterat, quantam vir factus conſequi potuiſſet glo- riam: ſed alia ſperamus homines, aliter Deus negotium curat & dirigit. Mater equidem in votis habebat, ut filius jam jam præte- ritis nundinis Noribergam verſus, poſtmodum Altorffium iret, ibidemq; ſtudia philoſophica perſequeretur, & Juridico manus & animum quoque daret, quæ juſſa materna, cum ſciret obedientiam felicitatis eſſe matrem, prompto obſequio exequi decreverat, ſed Deus pro arbitrio ſuo aliter diſpoſuit: Mater expectabat filii adventum, Deus negabat: Mater deſiderabat filium vivum; Deus nec mortuum monſtrat; adeò *οὐδὲς ἀπὸν ἰλπίδι — οἱ τίκμαρ ἀνύστη*,

Deus omnia pro voluntate ſua peragit, ut ait Pindarus ode 2. Pythior. de Ixione. Inprimis verò eò intendit, ut ſuos, Deus, probet, & conſortes afflictionum Chriſti reddat, quò *ἐν τῇ ἀποκαλύψει τῆς δόξης αὐτῆς*, in revelatione gloriæ ejuſdem exultan- tes gaudeant. Decerpſit verò Altiffimus florem juventutis *ἐν ἀγίαις* mediante febrî, cujus viribus licet medicamentis & pharmacis obviam iverint Medici exquisitis, nihil tamen roboris habuerunt, quin potiùs mortem præproperam jam jam ad eſſe, & ipſi & piè de- natus vidit; imò gratulatus eſt ſibi ipſi, quod huc Lipſiæ moriturus, & Deum ipſum Patrem, Chriſtum Filium, Sanctumq; Spiritum cum cœleſtibus ſpiritibus ac piis cunctis viſurus ſit. Melior ipſi certè mens quàm Cercidæ, qui dixiſſe fertur, ſe cum voluptate cum morte vitam permutaturum, eò quod animo conceptam ſpem illam teneret, paulò ſe poſt ex ſapientibus cum Pythagora, ex hiſto- ricis cum Hecataeo, ex Muſicis cum Olympo, ex Poëtis cum Homero futurum. Ingraveſcente autem morbi vi, non ut alias conſe- verat, ſed *ὡς ἐν κλύδωνι*, tanquam in tempeſtate quadam fortiùs precibus à Deo ardentiffimis beatam *ἀνάλυſιν* expetiit; inprimis verò die ſabbati proximo veniam peccatorum ſuorum coram miniſtro Eccleſiæ veris gemitibus deprecatus eſt, acceptà remiſſione totali verà fide, & adhibito legitimo ac ſalutari uſu *τῆς ἀγίας μετὰ λήψιας* corporis & ſanguinis Chriſti. Quibus ita ſanctè peractis, viribus item ab- ſumptis omnibus, cum etiam vigilatè noctes corpus attenuaſſent, poſtero die ſtatim in vera DEI invocatione hora IX. vespertina con- ſopitus, animam reddidit ei, à quo annis abhinc XX. acceperat. Illa cum animà ſororis ejuſdem Catharinæ ſceminæ pientiffimæ, viri honoratiſſimi, Dn. Davidis *Hübners* / quæſtoris Electoralis Annæburgenſis uxoris, eodem die hora IX. matutina mundo huic valedicente, in Patre & Filio nunc *unum* eſt reportans *ἀμαρτανίων τῆς δόξης εἰφρονον*. In quo lætari potiùs quàm contriſtari matrem ſuperſti- tem honoratiſſimam cum amicis & cognatis decet: *γενόμενη πρὸς πλεοναμὸν* ad experimentum illorum à Deo ita permiſſum eſt: Non igitur mirentur *ὡς ζῆνι συμβαίνοντι*, quaſi aliquid novi illis obtingat, ſed in voluntate divina potiùs acquieſcant. Exuvia autem terrenæ denari Adoleſcentis hodie hora III. more Chriſtiano terræ gremio reddentur. Quo tempore, ut illi, qui juridiçtionem agnoſcunt Academicam frequentes ad ædes viri ſupra nominati honoratiſſimi, Dn. VVeberi in vico, à ſæno nomen habente, ſitas convenient, & funeris hujus exequias decenti comitatu proſequantur, officii ratione hortamur univerſos ac ſingulos. Erit hoc officium Chri- ſtianæ *συμπλοίας*, & dignum Academico ordine & honoratiſſimæ familiæ *ἔμμαναίρις* haud dubiè gratiffimum. P.P. V.M. Maji Anno Chriſti cło lvc XXX,


LIPSIÆ excudebat GREGORIUS Riſſch.

РЕСЛОУ АСНДЕМІА ГІБСІЕНСІС

RECTOR ACADEMIÆ LIPSIENSIS.



HRISTIASCENSIO *nostra* est pro vectio, inquit Leo Mag. serm. 1. c. 4. Sicuti enim Unigenitus Dei Filius JESUS CHRISTUS in stabulo *bominum* causa homo nasci, postmodum in *bominum* medelam amaram mortis ac pansionis cicutam haurire, nec non, quò *bomines* resurgere faceret, prius ipse resurgere voluit: Ita quoq; *eis* τὸ ἐπιτρέπον τῆ κατὰ πνεύματος καθ' ἑαυτὸν ἑαυτὸν ἐπιτρέπον ἐπιτρέπον ἐπιτρέπον, ad ea quæ sunt intra velum præcursor Jesus pro hominibus ingressus est, dictante Epistola ad Hebræos c. 5. ut *bominibus* quoque non solum monstraret viam eò, *ἐπὶ τὴν δὲ δίκην*, videlicet, *αὐτίαν ἐν τοῖς ἐξουῖς* perveniendi certissimam, sed &, ut pararet illis mansionem & in Unigenitus Dei Filius Filius *unum* sunt. Sive nascamur, & ad exemplum postmodum caput res gestamus, quamdiu o sedere, & veluti Stru-



Abjiciamus igitur peccatis partam ac præparatus Paulus *Seher* Norimernam. Hanc verò die decimo quarto.

Pater fuit Vir quondam spectatissimus, Dominus Mattheus *Seher* / Serenissimi Electoris Saxonæ &c. in præfectura *Annenburg* Quæstor dignissimus: Mater verò Magdalena *Dissertin* / pia honestissima que matrona, quæ filii hujus fatum præmaturum non absque singulari animi agitudine desebit. Quamvis verò hi parentes conjunctim filium hunc suum, postquam cum beneficio *ἀγία βασιλισμα* Christo redemptori suo consecrassent, *ἐν φείῳ* *οἷς* liberaliter educarint, eamq; ob causam, domi fundamentis pietatis jactis, è præfectura prædicta Annæburgensi Hertzbergam ad M. Hieronymum Mylium, Rectorem ibidem, illum ablegarint, ut substitutione ejusdem antehac privatis in ædibus consveta, ulterius augmenta in pietate, lingvis & artibus fumeret, nec non Anno Christi *μυσεφθῆς* supra mille simum sexcentissimum, vigesimo quarto, X. Mensis Januarii, ad ulteriorem artium culturam faciendam huc Lipsiam miserint; attamen parens spectatissimus morte quinquennio abhinc abreptus placida, hanc filii curam matri superstiti unicè commendare necesse habuit, quæ etiam impensè laboravit, ut indies filius proficeret, & tam vitæ moderatæ ornatu, quàm artium & linguarum cultu clarescere inciperet. Nec defuerunt huc Lipsiæ media: Vir enim integerrimus Dn. Johannes *Weber* Senior, ut, cum filiis per privatos partim præceptores, partim indefesso studio & cura Viri de Ecclesiis & Rebus publicis benè meriti Dn. M. Johannis Friderichi, P. P. p. m. nec non M. Thomæ Lebzelteri, & M. Galli Schacheri, tunc Collegarum Scholæ Nicolaitanæ, ceu filii, insita, *ἔμναστὶς*, naturæ vis, doctrina promoveretur, rectoque cultu pectus corroboraretur, allaboravit, nec in proposito hoc pio desistit: Matre si quidem sumtus subministrante necessariis initio anni præter lapsi ad Academica certamina ut aditum sibi pararet, & doctrinæ publicæ Professoribus sedulò diligeretq; operam daret, omni ratione providit. In quo cursu strenuum sese præstitit *ἐν ὁμίῃς* athletam, & in Philosophicis hætenus tam auscultando, quàm disputando eò laboravit, ut tandem laboris dignum posset reportare præmium, qua in re inspectione & institutione fidelissimâ, Viri humanissimi, Dn. Jeremiæ *VVeber*, cujus consilio & auxilio, quicquid eruditionis sibi acquisierat, impetravit, usus fuit. Et quia à bonis nil nisi bona, utique piè denari mens & ingenium non nisi bona & singulare Fezzerorum, in primis consilii iustius Reipublicæ Noribergensis olim summi, ut & Dn. Jacobi *Seher* / J. U. D. & practici ibidem famosissimi decus spirabat. Tantam igitur cum adolefcens adhuc tueri poterat, quantam vir factus consequi potuisset gloriam: sed alia speramus homines, aliter Deus negotium curat & dirigit. Mater equidem in votis habebat, ut filius jam præter-